conceſſum eſt à Papa prouidere de miniſtris, non minus vſque in hodienum diem ad hoc onus ſubeundum eorum incitant animos, procurando a ſuis Generalibus in Hiſpania, vt ad has partes mittant Fratres idoneos ad curandas has oues, ad exonerandam ſuam conſcientiam per eos. Sed & eos tanquam huius Eccleſiæ miniſtros hic tenet, & fouet Rex noſter: quos etiam magnis expenſis huc mittit, & non niſi vt Sacramenta his miniſtrent Indis, & curam exerceant animarum, ſuis conformiter priuilegiis. Quæ ſi non habuiſſent, huc nunquam adueniſſent. Sed & ipſi Hiſpaniarum Reges in tantum in hoc ſtuduerunt Religioſus Mendicantibus, fauere, quod multis ſuis beneficijs, & Cedulis eos communierunt, & cohoneſtarũt. Quas quidẽ Cedulas ad maiorũ ipſorũ Fratrũ conſolationem vult Paulus. 4. in duobus Breuibus, quæ legi, & expoſui, ꝙ tantum habeant vigorem, ac ſi immediate à Sede Apoſtolica emanaſſent. Et per illam fuiſſent fratribus conceſſa.

Quod valde eſt notandum. Ecce ergo uidciuntur exercere hic curam animarum ex Charitate, ipſi enim ſunt Fratres Mendicantes, qui horum Indorum & Papæ

aucto